

Sed misera ante diem, subitoque accensa furore:  
Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem  
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.  
700 Ergo Iris croceis per cœlum roseida pennis,  
Mille trahens varios adverso Sole colores,  
Devolat, & supra caput affluit: Hunc ego Diti  
Sacrum iussa fero, teque isto corpore solvo.  
Sic ait, & dextra crinem fecat: omnis & una  
705 Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

*sed misera ante tempus, & inflammata subito furore: nondum Proserpina eriperet illi flavum capillum, nec damnaverat ejus caput Stygio Orco. Igitur Iris rorifera, duccens ex opposito Sole mille colores varios, devolat per cœlum croceis alis, & fleit supra ejus caput: Ego iussa offero Plutoni hunc crinem sacrum, & libero te isto corpore. Sic dixit, & dextra abscidit crinem: & simul omnis calor effusus est, ac vita abiit in aerem.*

## N O T Æ.

natura, nec merito. In primis duabus fatali crinem fecari debent Virgilius, in tertia negat; quasi fata tantum, hominumque merita, sub Deorum providentiam caderent, Dea, Æn. 1. 19. De Proserpina, inferorum cæus eam falleret. At Dido cadit ante diem, non fato & natura, supra v. 620. Cadit misera, non rea, nec merito. Igitur casu. Quare crinis ipsi non amputatur.

698. *Flavum Proserpina crinem.*) Credebant Græci Romanique, mori neminem posse, nisi Proserpina morientis crinem abstulisset, quasi sacras sibi inferisque primitias. Hujus opinionis multa sunt in posterioribus poetis in Euripidis Alceste v. 74. *Orator*, sive *Mors*, crinem sacrum Alceste amputat, pro coniuge Admeto moritura. Hic Iris officio illo fungitur. Mos forte repetitus e sacrificiis: ubi fetas aliquot e media victimarum fronte decerpere, & in ignem conficere so-

lebant, Æn. 6. 245. Ita & in hominibus putabant fieri, quos Orco quali victimas mors demittebat. De Junone, custode Carthaginis Dea, Æn. 1. 19. De Proserpina, inferorum Dea, Plutonis coniuge, Georg. 1. 39. De Styge, inferorum fluvio, Æn. 9. 323. De Orco, Deo inferorum, Georg. 1. 277.

700. *Iris croceis, &c.*) Iris, Deorum, & Junonis præcipue nuncia, Thaumantis & Elestra dicitur filia: quia arcus est cœlestis, qui maximam colorum varietate admirationem facit: & *admiror*, Græce dicitur *θαυμάζω*. Est autem cœlestis arcus, Solaris lucis pivestigia: nonnulla etiam in antiquioribus: sicut, in adversa nube; eaque *roseida*; id est, mox in pluviam solvenda. Colores refert varios, pro majori minorique nubis densitate: præcipue purpureum, cæruleum, viridem, croceum, qui *crocum* florem refert, *zaffarano*. De Diti, Plutone, inferorum Deo, Georg. 4. 467.



## A R G U M E N T U M.

*Æneas, e Libya in Italiam navigans, defletere in Siciliam vi tempestatis cogitur: ubi ab Aceste Trojano benevole exceptus, patri, quem illic superiore anno mors abstulerat, anniversarium celebrat sacrum, ludosque quatuor, cursum navalem, ac pedestrem, cœsum pugnam, sagittarum ejaculationem, quibus addit Ascantius equestrem decursum. Interim Trojana mulieres, Junonis impulsu, hortatu Iridis, tædio navigationis, incendunt naves: quarum quatuor exaruntur, cætera immissa a Jove pluvia servantur. Quare suadet Æneas Nautes, ut avedo secum juvenum flore, senes ac mulieres in Sicilia relinquat. Firmat id consilium Anchises in somnis: idemque suadet Æneæ, ut ap-pulsus in Italiam adsat Sibyllam, eaque duce descendat ad inferos, ubi posterorum sermone & eventus docebitur. Parat Æneas patris monitis, & condita in Sicilia urbe Acesta, Neptuno per Venere conciliato, solvitur in Italiam: quo in cursu Palinurus navis gubernator dormiens in mare excutitur. Delineatus est hic liber ad exemplum libri Iliad. 23. ubi Iudi ab Achille ad tumulum Patroclii celebrantur.*

**I**NTEREA medium Æneas jam classe tenebat  
Certus iter, fluctusque atros Aquilone fecabat,  
Mœnia respiciens, quæ jam infelicis Eliæ  
Collucent flammis. Quæ tantum accenderit ignem,  
& Causa later; duri magno sed amore dolores  
Polluto, notumque, ferens quid fœmina possit,  
Triste per augurium Teucrorum pœstora ducunt.  
Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla

## I N T E R P R E T A T I O.

Oc-

*Interim Æneas jam tenebat notum iter, certus eundi, & vento fudebat fluctus nigros, respiciens ad urbem, quæ jam splendat ignibus misera Didonis. Ignoratur causa, quæ excitarit tantum incendium: sed acerbis dolores, violato magno amore, & id, quod furcibus mulier potest facere, cognitus Trojanis, deducunt animos Trojanorum in tristia auguria. Postquam naves attingere altum mare, nec jam ulla terra amplius*

appa-

## N O T Æ.

1. *Medium.*) Non præcise *mediam* itineris partem, Africam inter & Siciliam; hinc enim rogi flammæ videre non potuissent: sed *medium*, id est, plenum mare: quemadmodum Polyphemus Æn. 3. 665. *Graditurque per æquor jam medium, necdum fluctus latera ardua linxit.*

2. *Certus.*) *Vel certus eundi*, & ad petendam Italiam obstinatus, ut Æn. 3. 554. *Celsa in puppi jam certus eundi carpebat semnos.* Vel *certus* & *quarum itineris*, quod jam semel

consecerat, Drepano in Italiam solvens, indeque tempestate retro astus in Africam, Æn. 1. 1.

*Aquilone.*) *Vento* generatim: neque enim Aquilone septentrionali vento impelli ex Africa in Italiam potuit, sed Austro potius, Aquiloni opposito: Ecl. 7. 51. De *Elija*, altero Didonis nomine, in argumento lib. 4. De augurio, quod hic pro præfatio universum sumitur, Æn. 2. 703. De *Teneris*, Trojanis, Æn. 1. 239.



- Occurrit tellus, cœlum undique & undique pontus;  
 10 Olli caruleus supra caput afficit imber,  
 Noctem hyememque ferens; & inhorruit unda tenebris,  
 Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta;  
 Heu? quanam tanti cinxerunt aethera nimbi?  
 15 Quidve, pater Neptune, parat? Sic deinde locutus,  
 Colligere arma jubet, validisque incumbere remis,  
 Obliquatque sinus in ventum, ac talia fatat:  
 Magnanime Aenea, non, si mihi Jupiter auctor  
 Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.  
 Mutati transversa fiemunt, & vespere ab atro  
 20 Confurgunt venti, atque in nubem cogitur aer.  
 Nec nos obniti contra, nec tendere tantum  
 Sufficimus: superat quoniam fortuna, sequamur;  
 Quoque vocat, vestimus iter. Nec litora longe  
 Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos;  
 25 Si modo tite memor servata remeior astra.

Tum

appareat, sed undique cœlum & undique mare: carulea pluvia incubuit illi in caput, invehens nocte ad tempestatem: & aqua inhorruit tenebris. Ipse gubernator Palinurus ex alta puppe exclamavit: Heu! quare tanti nimbi circumdederunt cœlum? quidve parat nobis, o pater Neptune? Sic locutus, deinde imperat eos sumere arma nautica, & incumbere fortibus remis, & tendi oblique vela ad ventum, & talia dicit: Generose Aenea, etiam si auctor Jupiter mihi promitteret, non sperarem attingere Italiam hac casti tempore. Venti mutati & transversa fiemunt, & sicut ab obscuro occidente; & aer densatur in nubes. Venti mutati & transversa fiemunt, & ac ne progredi quidem: obsequamur, liquidem fortuna vincit: & corveterimus iter, quo nos vocat. Et puto non procul esse sua regna Erycis stratis tui, & portus Siculos: si modo tene memor remeior sidera jam observata.

N O T Æ.

11. Noctem hyememque. ) Tempestatem cum nocte. Noctem enim hanc tempestatem contigit hinc patet, quod astra tum observari poterant, infra v. 25. Si modo tite memor servata remeior astra. Porro hyemem hanc pro tempestate diximus Æn. 1. 126. Habetur hæc duo carmina etiam Æn. 3. 194. 195. 13. *Genetivus*. Jovianus Pontanus referbit: *quoniam tantis*. Sed contra codices omnes, atque interpretes. Et vero vox Enniana est; *Heu! quanam dictis nostris sententia sive est* quam angustitatis causa asseratam a Virgilio ait Quintilianus, De Nepotio, Æn. 1. 129. 134.

15. Colligere arma, &c. ) Arma cujuslibet artis instrumenta sunt, ut vidimus Æn. 1. 181. Atque ita supellex omnis nautica, vela, ruderes, remi. Obnixæ tamen contendit Cerdanus, arma, in re nautica, nihil lignorum significare; atque adeo non remos, sed vela tantum & his affinia. Quod quamquam curiosus notatum puto, tamen favet ipsi vox colligere, quæ proprie de velis dicitur. Erat igitur hic scivus, & cœlum certamine ocellus est a Polluce; qui juxta ipsum: *Jubet colligi & contrahi vela, ne transferri venti e eurlu deserviant; jubet incumbere remis; ut quantum eos e recto ite mere ventorum vis amovebit, tantum labor atque industria provehat; jubet vela, non omnino contrahi, sed obliquari; ut aura venti saltem aliqua*

captetur, quæ remigantes adjuvet. De illa obligatione, infra v. 330. De Italia, Æn. 1. 534. 19. *Transversa*. Neutrum plurale, pro adverbio: Græco more. Sic Æn. 9. 125. *Amica caeca Ionas*. *Vespere*. Occidente. Causam habet Æ. 1. 534. Et minor dicit ad accuratis interpretibus, Taubmanno, Cerdano, cursum Aeneam tum ad occidentem fuisse: manifestum enim est, Carthaginæ solventibus Italiam, quo tunc Aeneas cursum erat, esse ad septentrionem. Itaque verba hæc, *vespere ab atro confurgunt venti*, superiora explicant, *mutati transversa fiemunt*; erat enim tum transversus Aeneas ventus occidentalis, & plane in Siciliam propellebat; unde concludit Palinurus, *quoque vocat, vestimus iter*, scilicet in Siciliam.

24. *Fraterna Erycis*. ) Eryx filius Buteæ communem creditis est cum Aenea matrem habere *Venerem*; scilicet Lycallæ Siculam metreticem, & cœlum certamine ocellus est a Polluce; qui juxta ipsum: *Jubet colligi & contrahi vela, ne transferri venti e eurlu deserviant; jubet incumbere remis; ut quantum eos e recto ite mere ventorum vis amovebit, tantum labor atque industria provehat; jubet vela, non omnino contrahi, sed obliquari; ut aura venti saltem aliqua*

iter.

- Tum pius Aeneas: Equidem sic poscere ventos  
 Jamdudum, & frustra cerno te tendere contra.  
 Fleste viam velis. An fit mihi grator ulla,  
 Quoque magis festas optem dimittere naves,  
 30 Quam quæ Dardaniam tellus mihi servat Acastem,  
 Ex patris Anchisæ gremio completitur ossa?  
 Hæc ubi dicta, petunt portus, & vela secundi  
 Intendunt zephyri: fertur cita gurgite classis;  
 Et tandem lati notæ advertuntur arenæ.  
 35 At procul excelso miratus vertice montis  
 Adventum, sociasque rates, occurrit Acastes,  
 Horridus in jaculis & pelle Libyfidis urse:  
 Troia Crimiso conceprum flumine mater  
 Quem genuit. Veterum non immemor ille parentum  
 40 Gratatur reduces, & gaza lætus agresti  
 Excipit, ac fessos opibus solat amicus.  
 Postera cum primo stellas oriente fugat

Clara

Tum pius Aeneas ait: Certe video ventos petere hoc jamdudum, & te incassum contra cerni. Deoque iter velis. An ulla terra potest esse mihi grator, & ad quam potius cupiam appellere naves stellas, quam qua servat mihi Trojanum Acastem, & continet sinu ossa patris Anchisæ? Postquam ea dicta sunt, tendunt ad portum, & zephyri faventes insunt vela: classis velocius mari procohitur, ac demum læti applicantur noto litori. At Acastes cernit ex alto cacumine montis adveniens adventum sociarum navium, venit citatim, terribilis ob jacula, & pellem ursæ Lybæ: hunc mater Trojana peperit conceptum a Crimiso furvio. Ille, non oblitus veterum patrum, gratulatur reversis, & lætus excipit pro rusticâ opulentia, & reserit satigatos amicis opibus. Cum postera dies clara pepulisset stellas & primo oriente,

N O T Æ.

Aeneas

iter Trojani deflectunt. De Sicaniis, antiquis Siciliae populis, Æn. 3. 687.

23. *Remetior*. ) Nota enim erant jam inde maria illa Palinuro, ut modo diximus.

26. *Acastes*, &c. ) De hujus genere multa & Græcis allertur admodum ambigua. Laocœtus & Cluverius. Ex his ita colligitur. Laocœtus, rex Trojanus, offensus viro nobili, cupis iraudè coactus erat Hefonem filiam suam maritæ belluæ exponere, vicissim tres ejus nias Siculis nautis tradidit, vel mari lubergendas, vel quo luberet avchendas. His in Siciliam appullis, una e Trojanis tribus puellis hium fufcepit, vel ex adolescente Trojano, qui te illis præ amore comitem addixerat, juxta Dionysium Halicarnasæum; vel ex Crimiso amne in canem converso, juxta Lycophronem. Hic hujus filius, reversus Trojam Priami temporibus, inde iterum post Trojæ excidium in Siciliam regressus est, & secum Elyum advexit. Ibi recepti a Sicilia, & agris donati, mox Aeneam eodem appullum exceperunt, & cum eo varias illic statuerunt urbes ad occidentalem Siciliam partem, de quibus infra v. 755. Porro patrum claram trium a Lycophrone *Phomadama*, a Servio & Pomponio *Hippoteæ* appellatur. Hujus nia Crimisi uxor, a Servio & Pomponio *Egesta*. Egestæ filius, de quo hic agitur, a Stephano *Egestus*, a Dionyho *Agestus*, a Tzetze *Agestes*, a Virgilio & Silio *Acastes*. Flu-

vius pater, ex Lycophrone *Crimissus*, ex Diodoro *Cremissus*, ex Plutarcho *Crimeus*, ex Cornelio Nepote *Crimissus*, ex Virgilio variis exemplaribus *Crimissus*, *Crimissus*, & omnino emendatissime, ut contendit Cluverius in Sicilia 1. 2. 2. *Crimissus*. Hic modo, ut idem Cluverius probat, non est brevis ille fluvius, Scyriam urbem in mare Tyrrhenum influens, vulgo *Freddo*, ut multi putant; sed maior alius, ex agro Panormitano & septentrionali Sicilia parte in meridianalem decurrens, qui cum *Hybla* fluvio denique commixtus, cum eo in mare Libyæ devolvitur ad Selinuntum urbem, cum *Hybla* communis dictus nomine *Belice*, aut *Belice desivo*, qua in dextram *Hybla* ripam intruit.

37. *Horridus in*, &c. ) In præpositio adhibetur hoc modo ad significandum habitum Æn. 4. 518. *In veste recincta*. *Pellium* antiquissimus usus est ad vestes, tamen post arborum folia. *Ursæ* Phinius negavit nasci in Africa, ob calidioris cœli temperiem: Cerdanus tamen multis defendit Virgilium, imprimis auctoritate Solini c. 29. *Nam dicitur ipsi forma caros prædicat, villis profundioribus*. Lipsius *Ursæ* Numidicæ & Libyæ a Romanis dictos putat non vos *ursos*, sed *leones*; quemadmodum *elephantos*, ad istem *boves lucas*, ob insolitam formam, cui nomen ex notiore animali imponebant. *Lybistis*, a *Lybistis*, gentile nomen est pro pleonasmum formatum

Vv

a pro-



Clara dies, socios in cœnum litore ab omni  
 Advocat Aeneas, tumulique ex aggere fatir:  
 45 Dardanidæ magni, genus alto a sanguine Divum,  
 Annuus exactis completur mensibus orbis,  
 Ex quo reliquias, divitiæque ossa parentis  
 Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras.  
 Jamque dies, in fallor, adest; quem semper acerbum,  
 50 Semper honoratum, sic Dii voluistis, habeo.  
 Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul,  
 Argolicove mari depressus, & urbe Mycenæ:  
 Annua vota tamen, solemnesque ordine pompas  
 Exequerer, strueremque suis altaria donis.  
 55 Nunc ultro ad cineres ipsius & ossa parentis,  
 Haud equidem sine mente, reor, sine numine Divum,  
 Adsumus, & portus delati intramus amicos.

*Aeneas advocat socios in concionem e toto litore, & ex summitate tumuli sic loquitur: Trojani magni, geni e nobili sanguine Deorum, completur annuus circulus mensibus transactis, ex quo mandavimus terra reliquias & ossa divini patris, & dedicavimus altaria funebria. Et semel adest decipit, adest dies; quem semper existimabo mœstum, semper colendum; sic voluistis, o Dii. Ego si hunc diem transigerem exul in syrtibus Getulis, aut interceptus mari Argolico, vel in urbe Mycenæ: tamen celebrarem annua vota, & solemnes caeremonias iuxta ritum, & cum urbe altaria congruis muneribus. Nunc libenter adsumus ante cineres & ossa ipsius patris, carere non sine consilio & sine voluntate Deorum, ut iusto: & vento impulsus ingrediamur portus amicos.*

N O T Æ.

a proprio *Libys*. Legunt tamen aliqui *Libyfidis*: ut sit a *Libys*, *Libyssa*; a *Libyssa*, *Libyfidis*, *Libyfidis*. De gazæ, opibus, *Æn.* 1. 123. 44. *Tumuli agger*, *Agger*, aggestio est, vel lapidum, vel terræ tumor, ex illa aggestione: unde tam pro sepulchro, quam pro colle usurpatur: hic pro colle.  
 45. *Dardanidæ*.) A Dardano Jovis filio orti; ideo a sanguine Divum.  
 46. *Annus exactis*, &c.) Anniversarius recurrit dies, Anchisæ morte consignatus. Igitur Anchisæ vere incuneute, hyeme exeunte, obicitur. Patet id, quia l. tempus hoc ipsum adhuc hybernum vocat Dido, *Æn.* 4. 209. *Hyberno molvis sidere elisem*. Il. in ipsa professione Trojani frondebant, ferunt ramos, *Æn.* 4. 399. ex Africa autem in Siciliam cursus vix duorum triumve dierum est. Illi. Incerta tum erat cœli temperies, qualis primo vere: solvite Aeneas ex Africa iusto cœlo, mox tempestas oritur, nunc dubitat utrum subsecuens dies nona serena futura sit, v. 64. *Si nona diem* &c. IV. Terra tum vestita erat granine & floribus, v. 76. *Purpureosque jacit flores*, v. 287. *Tendit gramineum in campum*. Nec tamen inde sequitur Aeneidos opus annum spatium prætergredi, ut notavimus in argumento Aeneidos.  
 48. *Condidimus terra*.) Non totum ipsum cadaver, qui sepultura nostræ mos est: sed combusti corporis reliquias, ossa, cineres, quæ insepulta in communibus mortuorum omnibus et buste collecta tumulo deinde ac terræ mandaverit. Erat enim apud veteres in usu, ut, cadværa, unguentis condita terra

mandare, usitatis tamen comburere, præsertim virorum illustrium apud Græcos: sic Patroclus ab Achille comburitur, ac deinde tumulatur, *Iliad.* 23. Sic Misenus ab Aeneæ, *Æn.* 6. De aris geminis ad sepulchra struendis, *Æn.* 3. 62. De *Getulis* Africæ populis, qui ad Syrtis usque pertinent, *Æn.* 3. 40. De *Syrtibus*, importabilis litoris Africani oris, *Æn.* 1. 115.  
 52. *Argolico mari*.) *Argolico sinu*, qui pars est Aegæi maris ad orientem Peloponnesi. *Urbe Mycenæ*: ut *Æn.* 2. 251. *Urbsen Patroci*. Habent aliqui codices *Mycone*, *Mycena*, *Mycenæ*, *Argos* & *Mycenæ*, urbes Peloponnesi, *Æn.* 1. 288.  
 54. *Strueremque suis altaria donis*.) *Struerem*, explicat Taubmannus cumulare: unde *struere* dicebatur in reconquinaria, qui sepulchra struebatur, scite componebant, cumulabant. *Suis donis*, congruis; congrua autem erant mortuis dona, lac, vinum, mel, sanguis: ut diximus *Æn.* 3. 63. & mox videbitur v. 76.  
 56. *Sine mente, sine numine*.) *Sine consilio*, & voluntate Deorum. De numine hoc sensu, *Æn.* 1. 137.  
 59. *Poscimus ventos*.) Ab ipso Anchisæ, quem ut Deum colere instituit. *Dronique ossa parentis*. Hujus autem divini cultus nota sunt aræ, sacra, iudi, templa dicata, vota pro ventis obtinendis. Quorum tamen aliqua in communibus mortuorum omnibus insepulta utuntur.  
 62. *Adhibite Penates*.) De Penatibus, *Æn.* 2. 717. *Quomodo adhiberentur epulis*, *Æn.* 3. 177.

Ergo

Ergo agite, & lætum cuncti celebremus honorem:  
 Poscimus ventos, atque hæc me sacra quotannis  
 60 Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.  
 Bina boum vobis Troja generatus Acefes.  
 Dat numero capita in naves: adhibete Penates.  
 Et patrios epulis, & quos colit hospes Acefes.  
 Præterea, si nona diem moralibus alium  
 65 Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem,  
 Prima citæ Teueris ponam certamina classis.  
 Quique pedum cursu valet, & qui viribus audeat,  
 Aut jœculo incedit melior, levibusque sagittis,  
 Seu crudo fudit pugnam committere cœlu;  
 70 Cuncti adstant, meritæque expectent præmia palmæ.  
 Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.  
 Sic fatus, velat materna tempora myrto.

Hoc

*Agite igitur, & omnes lætum sacrificium peragamus: petamus ventos ab eo, & ut patiaris me ante condita singulis annis persolvere hæc sacrificia in templis sibi dicatis. Acefes oriundus Troja donat vobis corpora boum duo numero per naves singulas: invitate ad epulas penates, & patrios, & eos, quos hospes Acefes veneratur. Insuper, si nona Aurora protulerit hominibus diem serenum, & luce detexerit orbem, proponam Trojanis pugnam velocium navium. Et qui valet cursu pedum, & qui incedit fidens viribus, aut solerior jœculo, vel levibus sagittis, sive qui audeat conferrere pugnam duro cœlu: capi omnes adstant, & expectent præmia merita victoriae. Favete omnes linguis, & circumdate caput ramis. Sic loquens, tegit caput myrto matris lux.*

N O T Æ.

64. *Si nona, &c.*) Si, aliis dubitantis esse videtur, qui ideo alium interpretantur serenum: & sensus erit: ludi nona die celebrabuntur, si serenum erit; sin minus, in aliam diem remittentur. Aliis videtur esse *assistentis*, & absolute sensus est: *anno aurora extulerit nonum diem*. Sic explicuimus *Æn.* 1. 607. *Si qua pio respiciant numina*. Per *nonum diem*, alludit ad novendialia Romanorum sacra pro mortuis: servabantur enim domi cadavera septem dies, octavo cremabantur, nono reliquæ sepulchro mandabantur.  
 66. *Ponam certamina*.) Vox in ea re sollemnior, ponere. Sic apud Græcos, ludorum epinodii designator dicebatur *ἐπινοδία*: ab *ἐπινο* certamen, & *οδία* pono.  
 68. *Incedit*.) Sic *Æn.* 1. 40. *Divum incedo Regina*. Quæ quamquam ad majestatem incedus pertinere videri possunt, occurrit tamen mihi, incedo a poeta dici pro sum. Sic usurpatur & venio, *Georg.* 1. 29. *Aut Deus immensus opibus maris*. De cœlu, chirotheca e corio bubulo oriedo, infra v. 405.  
 71. *Ore favete omnes*.) Passim apud alios auctores, Favete linguis. Quibus somnibus dubium est, silentium, an plausus: & acclamatione indicatur. Pro silentio factus locus Senecæ lib. de vita beata c. 27. *Quoties mentio sacrarum literarum intervenit, favete linguis*. Hoc verbum, non ut plerique existimant, a favore trahitur; sed imperativum silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obfregente. Pro plausu & acclamatione factus Ovid. Met. 15. 677. *En Deus est, Deus est, a-*

nimis, linguisque favete. Quisquis adest visum veneratur nomen, & omnes Verba sacerdotum reverentem geminata, pianque Eneadæ præstant & mente & voce salutem. Idem in Ibin v. 96. *Quisquis ades, sacris ore favete meis*. Quisquis adest, existimio, non perpetuum silentium iudici, neque perpetuum acclamationem; sed omnino attentionem ad sacra, ut ea tantum dicant, quæ facrorum ritu dicenda sunt: a cæteris omnibus verbis abstineant. Interpretationem adjuvat Ovidius loco citato, cum dicit, *animis linguisque favete*; quibus eandem animis ac linguis exhiberi favorem jubet. At non jubet, nihil omnino animis incedat in mente cogitari, sed ea duntaxat que ad Deos, & sacra pertinent; ita nec omnino nihil dicit, sed ea quæ eo etiam spectent. Et vero Seneca vocem tantum *matris* & *obstreperum* arceet; Horatius Od. 1. 3. tantum *profanum vulgus*, id est, profanis sermonibus indulgens; Ovidius loquentes inducit esse solum, quæ sacrificio conveniant, ut patebit superiora exempla relegenti. Latini autem veteres hujus auctores formulæ, cum eam vocibus ambiguis expresserunt, favete ore, linguis; non autem favete verbis, sermone, silentio; indicare videntur voluisse tempestivas illas loquenti ac tacendi vices.  
 72. *Materna myrto*.) Veneri, Aeneæ matri, dicata arbore. Unde ad coronas assumi ab Aeneæ deuit, ut deinde a Romanis in ovatione, *Æl.* 2. 52.  
 73. *Elymus*.) Hic, ex Strabone, Dionysio, Lycophronis incerpere Hæaco Tætzæ, V. 2. fuit



Hoc Elymus facit, hoc avi matorum Aefles,  
 Hoc puer Afcanius: fequitur quos cetera pubes.  
 75 Ille e concilio multis cum millibus ibat  
 Ad tumulum, magna mediis comitante caterva.  
 Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho  
 Fundit humi, duo laſte novo, duo ſanguine ſacro:  
 Purpureoſque jact flores, ac talia fatur:  
 80 Salve, ſancte parens: iterum ſalvete, recepti  
 Nequiquam cineres, animæque, umbraque paternæ.  
 Non licuit ſines Italos, fataliaque arva,  
 Nec tecum Auſonium, quicumque eſt, querere Tybrim.  
 Dixerat hæc, adytis cum lubricis anguis ab imis  
 85 Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,  
 Amplexus placide tumulum, lapſuſque per aras:  
 Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro  
 Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus  
 Mille trahit varios adverſo Sole colores.

Elymus idem facit, idem Aefles grandior natu, idem puer Afcanius: quos reliqua juvenis imitatur. Aeneas cum multis millibus ibat e concione ad ſepulcrum medius in magna turba circumſiſta. Ille juxta ritum æſtivali ſillans in terram duo pocula pari vini, duo laſtis recentis, duo ſanguinis ſacri: ſpargitque flores purpureos, & porſit talia: Salve, ſancte pater: ſalvete miſeri, fruſtra recuperati cineres, & animæ, & umbra paterna. Non fas fuit querere tecum regionem Italiam, & agras fatales, nec Auſonium Tybrim, quiſquis ille ſit. Hæc protulerat, cum ſerpens lubricus, ingens, eduxit ex intimo penetralibus ſepulcri ſeptem ſinus, ſeptem plexus; tranquillè circumdans ſepulcrum, & labens inter aras: cui macule carule & illuſtrabant dorſum, & fulgor auro interſperſus squamas: quemadmodum arcus in nubibus conceptis mille diverſos colores, Sole oppoſito.

## N O T Æ.

fuit Trojanus. Poſt excidium Troje in Siciliam ab Aefle advectus fuit, ut diximus v. 36. Addit Aetætes, fuiſſe ſpurium Anchife filium. Teſtatur Dionyſius, regio generis ortum eſſe: ideoque novos illos Siciliæ incolas Trojanos, univerſim ſuo nomine Elymos appellaviſſe. Negare videtur Virgilius fuiſſe Trojanum Anchife filium, & regio ſanguine oriundum: ſiquidem eum conceptis verbis Siculum teſtatur v. 300. Tum duo Trimaecri juvenes, Elymus, Panopæſque. Deinde nullam ei laudem ab Aeneæ conſanguinitate, & regia origine tribuit: quod certe non omiſiſſet, qui eodem loco v. 297. Diorem commendat a ſtirpe Priami, & v. 24. Erycem ſatrem Aeneæ appellavit. Itaque hoc unum fatetur v. 301. Elymum fuiſſe comitem ſenioris Aefles, cui ſe comitem adire, eſſe tam in ipſa Sicilia, quam in Troade potuit.

77. Carcheſia Baccho.) De Carcheſia, poculis Georg. 4. 380. De Baccho, vino, Ecl. 5. 69. De ſacris ſunſcribis, laſte, vino, ſanguine, En. 3. 62.

79. Purpureos flores.) Vel roſas intelligit, flores dicatos Veneri, Anchife amatrici; vel generatim flores quoscumque purpureos.

80. Iterum ſalvete recepti.) Iterum ſalvete: non autem, iterum recepti. Iterum, inquit; live quia jam anno ſuperiore exequibus patrem honoraverat, ſalutaveratque func-

bri more; live quia modo dixit, ſalve, ſancte parens; ergo iterum ſalvete: ter enim extrema illa ſalutatio repetebatur in Romanorum funebribus vale; cui ſynonymum eſt ſalve, ex Varrone apud Servium: non quod ſalutem iis valetudinemque optarent, quia frui ultra non poterant; ſed pacem ſaltem & gaudium in altero ſtatu. Recepti, quænam cineres.) Per cineres, ait Servius, patrem intelligit, quem e Trojano excidio fruſtra liberaverat. Immo, cineres, ipſos intelligit, quos anno ſuperiore reliquerat in Sicilia, nunc autem recipit reditu ſuo, ac reſiſit; nequiquam tamen; quia non conſert reditus, ut cum eo adire Italiam liceat. Animæque umbraque.) Vel plurali numero uſus eſt pro ſingulari, ut paſſim poete: vel reſiſta plures putavit eſſe animas, de quibus commodius diſceremus En. 6. v. 724. & ſequentibus.

81. Fines Italor.) De Italia, En. 4. 534. De Auſonia, Italiz nomine, En. 3. 471. De Tybri, Italiz fluvio, En. 1. 37. De adytis, locis intimis, En. 2. 297. De ſquamis, Georg. 4. 13. De arcu, ſeu Vide, En. 4. 709. De agmine, in ſerpentibus, Georg. 3. 443. De verbo libavit, deguſtavit, En. 1. 727.

93. Depaſta altaria.) Non ab igne, viſtimas conſumentem, nondum enim caeſæ fuerant viſtimæ, ſed ab ipſo ſerpente, qui prima dona liberaverat.

94. Inſtaurat.) Renovat incepta ſacrificia; jam

90 Obſtupuit viſu Aeneas: ille agmine longo  
 Tandem inter pateras & levia pocula ſerpens,  
 Libavitque dapes, ruſuſque innoxius imo  
 Succellit tumulo, & depaſta altaria liquit.  
 Hoc magis incepto genitori inſtaurat honores:  
 95 Incertus, Geniumne loci, famulumne parentis  
 Eſſe putet: cædit quinas de more bidentis,  
 Totque ſues, totidem nigrantes e-ga juvencos:  
 Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat  
 Anchife magni, manſeque Acheronte remiſſos.  
 100 Necon & ſocii, quæ cuique eſt copia, lati  
 Dona ferunt, onerantque aras, maſtantque juvencos.  
 Ordine athena locant alii: fuligine per herbas  
 Subjiciunt verubus prunas, & viſcera torrent.  
 Expedata dies aderat, nonamque ſerena  
 105 Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant:  
 Famaque ſiſtimos & clari nomen Aefle

Excite-

Aeneas videns ſuſpectus eſt: ille demum repens longo tractu inter pateras poculaque poſita, & deguſtavit cibos, & innocuus rediit iterum in profundum ſepulcrum, & reliquit aras deguſtatas. Tanto magis Aeneas perſiſit ſacra inchoata in honorem patris: dubitans, an Genium loci, an famulum patris exſtiteret cum eſſe: magis juxta conſuetudinem quibus oves, & totidem ſues, totidem juvencos nigras tergibus, & quinquaginta ovium & pateris; & appellat animam manſi Anchife, & manes eius emiſſos ex inferis. Pariter, & ſocii offruunt leiſa minera ſecundum ſacilitatem, quæ eſt utriusque: & querant altaria, & immolant juvencos. Alii diſponunt arva viti per ordinem, & ſtrati ſuper herba ſuppontunt prunas verubus, & ſerunt viſcera. Dies optata advenerat, & jam equi Phaethontis advehebant nonam Auroram ſereno lumine: & jam ac nomen illuſtris Aefle eduxerat vicinos: occu-

## N O T Æ.

jam enim fuderat vina v. 78. moxque iterum fundit v. 98. Quid ita? an quia ſacrificia ſerpenti occuſis turbata eſſe putabat? At bono erat omniſi ſerpentis occuſus. An quia cum prævia ſacrificia e floribus & liquoribus, quali mortuo homini obtulerti; nunc viſo ſerpente, majora offerenda exiſtimat, quali heroi, inter Deos admifſo? Certe non admodum diverſa ab his ſacrificiis Plutoni, Proſerpina, Diſque inferorum aliis offerit, En. 6. 243.

95. Geniumne loci, famulumne, &c.) Geni & cuſtodes locis, urbis, domibus attribui ſolebant; ut & hominibus ſingulis attribui ſolito diximus Ecl. 4. 63. Famulus item magiſtri animantibus plerumque aduſtopos, ſic En. 6. 190. columbae miſtræ ſunt Veneris, ut Aeneas ad auream arborem deducit, ſic ex Silio Italico l. 13. 124. apud Capuan: Numen erat jam cervæ loci, famulanque Diane credebant. Sic aquila Jovi, ſic ex Plutarcho in Cleomene dracones heroiſibus ſacri putabantur: unde hic anguis Anchife famulus.

98. Cædit quinas de more bidentis.) Vel cædit de more, id eſt, non per ſeipſum, ſed per famulos, more pontificum Romanorum. Vel oves de more bidentis, id eſt, biennes, aut ambidentes, de quibus En. 4. 57. Vel quinas, de more cœleſtibus Diis adhibito; quibus nu-

mero impari viſtimæ cedebantur, quia numero Deus imparare gaudet: inferis autem numero pari, En. 6. 243. Igitur offert Aeneas patri quinq; pecudes, ut jam cœleſti Divo, easque nigrantes, ut ex inferis aſſumpro. Notatque Turnebus ejuſmodi ſacrificia Romanis ſuævetavitia diſta eſſe; quæ ſue, oves, & tauri ſebant.

98. Animamque vocabat, &c.) Non ſimpliciter inclamant, invitatur ad ſepulcrales aras, ut ſacrificiorum ſanguine paſcatur: quemadmodum paſcuntur anime mortuorum, imprimisque Tireſis apud Homer. Olyſſ. 11.

99. Quemadmodum Achilles tora nocte circa Patrocli roſum vina fundit, animamque vocans, Iliad. 23. 221. Non ita inquam. Sed invocat, ut ſibi adit propitius pater, cuius manes Acheronte remiſſos putat, & inter Deos vitam degere. De Acheronte, inferorum fluvio, En. 6. 242. De manibus Georg. 4. 469.

102. Athena.) Vaſa ærea: vel ad lavanda corpora, vel ad elixandas carnes. Licet enim Homerus heroiſibus filix elixas carnes non parat, ut notat Plato de rep. l. 3. has tamen prius etiam illis temporibus in uſu fuiſſe notavimus, En. 1. 215. De epulis poſt ſacrificia plura vide En. 8. 180.

105. Auroram Phaethontis equi.) Phaethon hic, vel Solis eſt filius, qui cum a patre diſtrinum regimen curruſ-extorſiſſet præciſus, & equos inſcitæ regeret, ex iis a Iove in Erida-



- Excierat: lato complerant litora cœcus;  
 Visûri Æneadas, pars & certare parati.  
 Munera principio ante oculos, circoque locantur  
 110 In medio: sacri tripodes, viridesque coronæ,  
 Et palmæ, pretium victoribus; armaque, & ostro  
 Perfusa vestes, argenti aurique talenta:  
 Et tuba commisso medio canit aggere ludos.  
 Prima pares ineunt gravibus certamina remis  
 115 Quatuor ex omni delectæ classe carinæ.  
 Veloceem Mæstheus agit acri remige Pristin;  
 Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi:  
 Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram,  
 Urbis opus; triplici pubes quam Dardana versu  
 120 Impellunt, terno confurgunt ordine remi.

Serge-

occupaverant litus bilari multitudine, partim visûri Trojanos, partim etiam parati certare. Primo præsentia spectantur ob oculos & in medio circo: sacri tripodes, & virides coronæ, & palmæ, dona victoribus destinata; & arma, & vestes insidie purpura, pondera argenti & auri: & medio e summo tuba canit indicios ludos. Quatuor navæ, pares vastis remis, electæ e tota classe, incipiunt primum certamen. Mnestheus agit fortibus remigibus celeberrimè Pristin; Mnestheus, inquam, mox Italus, a quo nomine oritur familia Memmi: & Gyas magnam Chimæram, magna mole, opus instat urbis; quam juvenes Trojani triplici versu impellunt, cui remi surgunt triplici ordine.

## N O T Æ.

Eridanum Italia fluvium fulmine excussus est: Ovid. Met. 2. Vel potius Sol ipse est, qui dicitur ab Homero Odys. 11. 320. *Hæc est, Sol Phœthon*, id est, *splendens*. Eius maris sexagesima quarta. *Marca* signat argenti hoc anno 1714. Ludovicos argenteos capite octo; hoc est, litras nostras sive Francicos quadragesima. Grossus igitur valet octo solidos cum decem assibus paulominus sex: qui grossi sexies milies repetiti Francicos concipiunt 2550. Et hic valor est *argenti talenti* Attici ad modum nostrum revocati. *Auræ* autem talenti valorem conijcies, habita auri cum argento comparatione: aurum enim Græcum Romanumque duodecies argenti valorem; Francicum sexties etiam ac decies & amplius nunc superat. *Cætera*, infra v. 248.

111. *Et palmæ, pretium victoribus.* Id est, pretium sollempne & vulgare victoribus omnibus. Quærit enim Plutarchus Sympol. l. 8. quæsit. *Quæ sacrorum certaminum aliud aliam habebat coronam, palma sibi communis omnibus.* Respondetque hoc ideo uti venisse, quod victor tertii palma perlinens, non deprimatur onere, sed contra magis oblectetur. De ostro, ostreo, sive conchylio, unde purpura exprimitur, Georg. 2. 506.

112. *Talentia.* Talentum, a *talas* suffero: quia primo libram significavit, qua pondera appendantur: tum quodvis magnum auri argenti que pondus; denique certum determinatumque pondus, varium tamen a pedit variis gentes. Celebratissimum Atticum talentum, quod sic describitur a Rhenio Fannio:

Cecropium superest post hæc docuisse talentum,  
 Sexaginta minas, seu vti, sex millia drachmas.

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.

Porro *drachma* Attica, *denario* Romano, & grossi Francico æquiparatur. *Grossus* pars est *marcæ* sexagesima quarta. *Marca* signat argenti hoc anno 1714. Ludovicos argenteos capite octo; hoc est, litras nostras sive Francicos quadragesima. Grossus igitur valet octo solidos cum decem assibus paulominus sex: qui grossi sexies milies repetiti Francicos concipiunt 2550. Et hic valor est *argenti talenti* Attici ad modum nostrum revocati. *Auræ* autem talenti valorem conijcies, habita auri cum argento comparatione: aurum enim Græcum Romanumque duodecies argenti valorem; Francicum sexties etiam ac decies & amplius nunc superat. *Cætera*, infra v. 248.

114. *Prima pares, &c.* I. LUDUS, navium decursus. Cujus exemplum in Homero non habuit Virgilius; nec vero voluit cursum illius æqualem imitari, quia Homerus in eo plus operæ studii que posuerat; ludos alios imitatus est, quos ille minus diligenter scripserat, Iliad. 23.

116. *Pristin, &c.* Naves quatuor, æquales magnitudine ac robore, litus insignit nominibus, quæ e pissis in puppi monstris repetit. Primæ *Pristin* appiæ erat marina bellua, e balænarum genere, de qua Æn. 3. 427. Secundæ *Chimæra*, ignivomus ac trifforme monstrum: quod ex Ovid. Metam. 9. 649. *medilis in partibus bicornis; pedes. Et ora læa, candam serpentis habebat.* De ea Æn. 6. 288. Tertiam ornabat *Centauro* pictura ex genere Georg. 2. 456. Quartam *Scyllæ*, mari-

- Sergesiusque, domus tenet a quo Sergia nomen,  
 Centauro invehitur magna: Scyllaque Cloanthus  
 Cærulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.  
 Est procul in pelago saxum, spumantia contra  
 125 Litora; quod tumidis submersum tunditur olim  
 Fluctibus, hyberni condunt ubi fidera Cori:  
 Tranquillo silet, immotaque attollitur unda  
 Campus, & apricis statio gratissima mergis.  
 Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam  
 130 Constituit, signum nautis, pater: unde reverti  
 Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.  
 Tum loca forte legunt: ipsique in puppibus auro  
 Ducentes longe effulgent ostroque decori.

Cætera

Et *Sergesius*, a quo familia *Sergia* trahit nomen, *vehitur* Centauro magna: & *Cloanthus*, unde tibi origo est, o *Cluenti* Romane, *vehitur* Scylla cærulea. Procul in mari, *advorsus* spumans litus, est rupes, quæ aliquando *mersa* vertebatur fluctibus, quando *hyemades* Cori aliquid astra: at tranquillo tempore silet, & erigitur ex immota aqua, veluti *campus*, & *perjugium* gratissimum mergis apricissimum. Illic pater Æneas ponit metam e frondosa ilice, quæ elicit signum nautis: a qua scirent reverti, & cetera quam scirent longos circuitus. Deinde sorte capiunt loca: & ipsi duces e puppibus procul respiciunt, insignes auro & purpura.

reli-

## N O T Æ.

marini in freto Siculo monstri, effigies, erat *biremis*, *triremis*, *quadriremis*, a Ptolemæo Philopatore constructa etiam *quadraginta* ordinum: in eadem series, a prora ad puppim numerata, dicebantur *versus*, & sic in singulis lateribus *versus* aliquando viginti quinque, aliquando *perules*; & in Ptolemæi navi, quæ quadragesima ordinum fuit, & quater mille remigum, *versus* quinquaginta fuerunt. Igitur *Chimæra* hæc Virgilianna, quæ *triplici versu*, *triplici ordine* instruita erat, remiges in singulis lateribus novem, tota nave octodecim capiebat.

125. *Olim.* Aliquando, indefinitè. Sic Georg. 3. 303. *Cum frigidus olim jam cadit.* 126. *Hyberni Cori, &c.* *Corus* ventus stat ab occasu æstivo. *Hybernus* dicitur, feurigidus, quia situ maxime ad septentrionales ventos accedit. *Condit fidera* nimbis induratis. Scribitur etiam *Cæsurus*.

128. *Apricis mergis.* Avibus aquaticis, *smergo*, quæ cum frequenter se aquis immergunt, amant ad Solem ficcare se in locis *remes*, &c. appellatur; valde ambiguum *apricis*, id est, Soli expositis. De voce *apricis* Ecl. 9. 49.

129. *Metam.* *Meta* est *extremitas*, *terminus*: sive in agris, sive in circo: vulgo e lapidibus oblongis, in acumem ac pyramidem erectis. Talis erat Romano in circo figura metarum, quas in extremo decursu septies quadruplex circumflectebat: eo alludit Virgilius; & quamquam illic ramus hanc figuram non refert, refert tamen quomodocumque ipsa rupes, cui ramus infigitur. De *astro*, purpura, Georg. 2. 506. *De populo*, Ital. *scirpus*, Georg. 2. 13. *De ilice*, Ital. *leccio*, Ecl. 1. 18.

135. *Olimero.* Ad membra roboranda: unde etiam eo sustentariangebantur, Æn. 3. 280.



- Cætera populea velatur fronde juvenus,  
 135 Nudatque humeros oleo perfusa nitescit:  
 Confidunt transiris, intentaque brachia remis  
 Intenti expectant signum: exultantque hærite  
 Corda pavor pulsans, laudumque arrecta cupido.  
 Inde ubi clara dedit sonitum tuba, sinibus omnes,  
 140 Haud mora, profluere suis: ferit æthera clamor  
 Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.  
 Infundunt pariter sulcos, totumque dehiscit  
 Convulsam remis rostrisque tridentibus æquor.  
 Non tam præcipites bijugo certamine campum  
 145 Corripuere, ruuntque effusi carcere curras.  
 Nec sic immittis aurigæ undantia lora  
 Concultere jugis, pronique in verbera pendent.  
 Tum plausu fremituque virum studiisque faventum  
 Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant  
 150 Litora, pulsati colles clamore refulsa.  
 Effugit ante alios, primusque elabitur undis  
 Turbam inter fremitumque Gyas: quem deinde Cloanthus  
 Consequitur, melior remis; sed pondere pius  
 Tarda tenet. Post hos æquo discrimine Prifis  
 155 Centaurusque locum tendunt superare priorem.  
 Et nunc Prifis abit; nunc victam præterit ingens  
 Centaurus; nunc una ambæ junctisque feruntur  
 Frontibus, & longa sulcant vada falsa carina.

Jam-

reliqui juvenes coronantur populæ foliis, & venient undi oleo per nudos humeros: sedent in transiris, & expectant signum obtaxi secundum brachia remis intenta: & metus pulsans, atque arrectum desiderium gloria, fatigat corda insulstantia. Deinde quando clara tuba emittit sonum, non est mora, omnes e terminis suis prorupter: nauticus clamor pulsat cæcum, fluctus turbati adductis brachiis spumant: pari impetu insipiunt sulcos in aquis, & totum mare erutum remis & rostris tridentis aperitur. Non tam celeres curras invadunt campum in certamine bigarum, & erumpunt emittit & carcere. Nec ita aurigæ immittit jugis quælibet habent sinuosas, & proni extendunt se ad verberandum equos. Tunc omnis silva resonat plausu & fremitu hominum & acclamationibus faventium, & litora volutant mare reclusum: colles ipsi clamoribus, eos remittunt. Gyas primus abit ante alios, & vadit per undas inter fremitum multitudine: quem deinde Cloanthus sequitur, melius instructus remis, sed navis gravior mole ipsam vertit. Post illos æquali intervallo Prifis & Centaurus conantur attingere priorem locum. Et nunc Prifis præterit, nunc magna Centaurus præcedit eam victam; nunc ambæ currunt simul æquatis prorsis, & longis carinis sciant falsos sinus.

N O T A.

280. De transiris, scammis remigum, supra v. 119.  
 137. Hærite corda pavor &c. Verium jam explicuimus, Georg. 3. 105.  
 143. Rostrisque tridentibus. Passim legabatur olim fridentibus; sed obstat mensura primæ syllabæ, quæ ubique longa est. Sed a viris doctis Academia Neapolitana profecta est superiore sæculo illa correctio, qua nisi sumus; utpote cum antiqua navium specie veteribus nummis ac picturis convenientissima, quarum in prora rostrum trifidum ex ære bifidumque addebatur, ad hostiles naves in incursu vulnerandas.  
 144. Bijugo certamine &c. Cursu bigarum & quadrigarum: de quibus Georg. 3. 112. De carceribus, infra v. 288. Jugo, ligna tranveria, quibus equi remoni curras alligaban-

tur: hic vero, juxta aliquos, pro ipsis jugulis equis usurpantur.

149. Vocemque inclusa volutant litora. ) Commutatio est pro, vocemque inclusam volutant.

165. Mibi dexter abis. ) Mibi abis: Abundat hic mihi, ut alibi sæpe, & Georg. 3. 16. In medio mihi Cæsar erit.

163. Litus ama. ) Accede propius ad litus: Sic Horat. Od. 1. 1. 25. 3. Amasice jamna litum. Jubeat igitur ut navem admoveat propius litori, non Siciliæ equidem, sed rupis & metæ, ne latiore cursu eam circumveundo ab aliis inferentibus superetur.

164. Palmula. ) Pars extrema navi planior & in modum humanæ palmæ protensa. Catull. in Phælo v. 4. Sive palmulis opus foret volare sive limbo.

170.

- Jamque propinquabant scopulo, metamque tenebant,  
 160 Cum princeps medioque Gyas in gurgite victor  
 Rectorem navis compellat voce Menæten:  
 Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,  
 Litus ama, & lævas stringat sine palmula cautes:  
 Altum alii teneant. Dixit: sed cæca Menætes  
 165 Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.  
 Quo diversus abis? iterum, pete saxa, Menæte,  
 Cum clamore Gyas revocabat: & ecce Cloanthum  
 Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.  
 170 Ille inter navemque Gyæ scopulosque sonantes  
 Radit iter lævum interior, subitusque priorem  
 Præterit, & metis tenet æquora tuta relicta.  
 Tum vero exarfit juveni dolor ossibus ingens,  
 Nec lacrymis caruere genæ: segnemque Menætem,  
 Oblitus decorisque sui sociumque salutis,  
 175 In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.  
 Ipse gubernaculo rector subit, ipse ingiſter;  
 Hortaturque viros, clavumque ad litora torquet.  
 At gravis ut fundo vix tandem redditus imo est  
 Jam senior, madidaque fluens in veste Menætes,  
 180 Summa petit scopuli, siccaque in veste reſedit.  
 Illum & labentem Teucris, & risere natantem;  
 Et falsos ridet revomentem pectore fluctus.  
 Hic læta extremis spes est accensa duobus,  
 Sergello Moethloque, Gyan superare morantem.

185 Ser-

Et jam appropinquabant scopulo, & attingebant terminum, cum Gyas, qui primus erat, & victor medio in mari, increpat his verbis Menætem gubernatorem navis suæ: Quo tantum recedis mihi ad dextram? huc flecte cursum, adhere litori rupis, & permittit ut remi radant sinistram: saxa: alii currant peniore mari. Sic dixit: sed Menætes metuens oculata saxa, detorquet proram ad undas maris. Quo recedis diversus? iterum revocabat eum Gyas repetens cum clamore: Pete saxa, o Menæte: & interim videt Cloanthum imminuentem dorso, & tranculum proxima spaciâ. Ille Cloanthus interior radit sinistram viam inter navem Gyæ & saxa sonantia, & repetitur prætergreditur Gyan, qui modo fuerat prior, & tenet securum mare metis præterit. Tunc autem ingens dolor accensus est in medullis juvenis, & gene non caruerunt lacrymis, & in mare ipse succedit gubernaculo moderator, ipse ingiſter: & hortatur nautas, & vertit clavum ad litora torquet. Sed Menætes, postquam revocatus undis, ægetandem emissus est ex imo fundo, jam senior, fluens humida in veste, consensit summam rupis & sedit in arido saxo. Trojant ridentem illam, & cadentem: & evadentem: & ridet revomentem e settore saltam aquam. Tunc lona spes superandi Gyan tardantem orta est ultimis duobus.

Sor-

N O T A.

170. Interior. ) Quicquid sit de hujus vocis significatione in hominum confesso & incerto est in decursu partem notet: 174. Decoris sui, sociumque, &c. ) Decoris sui, quia indignum est principem virum ab aliquo penam sui mansi exigere. Socium salutis, id est, salutis sociorum, quæ amissa gubernatore periclitabatur. Nec placet Cerprior atque interior: dexter autem exterior atque a metâ remotior. Igitur, cum navalis hic ludus circensium imitetur, hic interior est iustior. De arca & metis, infra v. 288.  
 171. Tusa. ) Nempe a periculo faxorum, quæ metam circumlabant: nondum tamen omnino tuta, quia nondum victoria parra erat: post metam quippe superatam, & ali-

Xx

quo



185 Sergestus capit ante locum, scopuloque propinquat:  
 Nec tota tamen ille prior praeunte carina:  
 Parte prior, partem rostro premit ambula Prifis.  
 At media socios incedens nave per ipsos  
 190 Hefloret Mnestheus: Nunc, nunc insurgite remis  
 Delegi comites: nunc illas promite vires,  
 Nunc animos, quibus in Getulis syrtibus usi,  
 Ionioque mari, Maleaeque sequacibus undis.  
 Non jam prima peto Mnestheus, neque vincere certo,  
 195 Quamquam o! sed superent, quibus hoc, Neptune, dedisti.  
 Extremos pudeat rediisse: hoc vincite, cives,  
 Et prohibete nefas. Olli certamine summo  
 Procumbunt: vasis tremit istibus aerea puppis,  
 Subtrahiturque solum: tum creber anhelitus artus  
 200 Aridaque ora quatit: sudor fluit undique rivis.  
 Attulit ipse viris optatum casus honorem.  
 Namque furens animi dum proram ad faxa suburgeat  
 Interior, spatioque subit Sergestus iniquo,  
 Infelix faxis in procurrentibus haesit.  
 205 Concessit cautes, & acuto in murice remi  
 Obnixi crepure, illisaeque prora pependit.

Con-

*Sergesto & Mnestheo. Sergestus anticipat spatium, & appropinquat rupi: nec tamen ille prior est, tota navis praecedente: prior est ex parte, & amula Prifis urget rostro aliam partem. Sed Mnestheus ambulans media in nave inter ipsos socios, eos hortatur: Nunc, nunc insurgite in remos, o Trojani socii, quos in extremo exitio Troja elegi comites: nunc exerte illud rostrum, illam fortitudinem, qua usi estis in syrtibus Getulis, & mari Ionio, & insensis aquis Maleae. Non jam peto prima loca ego Mnestheus modo victor, neque contendo vincere. Tamen o utinam possem! Sed vincant quibus hoc concessisti, o Neptune. Pudeat nos ultimos reverti: hoc sperate, o cives, & impediite hoc dedecus. Illi summa contentione incumbunt in remos: navis aerea tremit magno succellu, & aequor subducitur: tunc frequens anhelitus concussit membra. & sicca ora remigum: sudor fluit undique in rivos. Ipsa fortuna attulit omnis gloriam captivam. Nam dum Sergestus ardens animi impellit proram ad scopulos, inter scopulos & Mnestheum, & e labitur spatio angusto, misit adhaesit scopulis protensus sub aqua. Rupes convolvit sunt, & remi impacti in acutum saxum creperunt, & prora alijsa flectit suspensa in scopulis.*

Con-

NOTAE.

quo cursum navis gubernator moderabatur.  
 De Trojariis, Trojans, Aen. 1. 239.  
 186. Carina. ) Inna trabs est, navis totius fabricam fulcens, & instat in prora ad puppim decurrens. De rostro, v. 143. De Getulis, Aen. 4. 40. De Syrtibus, Aen. 1. 115. De Ionio mari, Aen. 3. 210.  
 193. Maleaeque sequacibus undis. ) Malea promontorium est Peloponnesi, sinum inter Argolicum & Laconicum, nunc Capo Malio di S. Angelo: procellis infestum; unde sequaces ejus dicuntur undae, quasi nautas insequerentur. Superatam autem ab Aenea fuit, cum e Sporadiibus & Cycladibus insulis ad Serophades iter fecit, Aen. 3.  
 195. Quamquam o! sed, &c. ) Duplex affectus. I. Victoriae operatio: Non vincere certo: quamquam o! velim, scilicet, vincere. II. Correctio. Sed tamen vincant illi, quibus hoc Neptune, dedisti. De Neptune, Aen. 1. 229.  
 199. Subtrahiturque solum. ) Substrata nautis aqua non secari, sed quasi per vim sub-

trahi videtur retro, tanto impetu navis porro impellitur: solum enim est quicquid alteri subministrat, ut offendimus Eel. 6. 35.  
 203. Interior. ) Inter Mnestheum & metam, flexum breviorum & snillram captans; supra v. 170.  
 205. Murice. ) Saxo acuto, aspero ac prominente; sic dicto a murice, ostreo, unde purpureus liquor exprimitur; cujus conchylium fastigiatum & acutum est.  
 208. Sudes... contos, &c. ) Perticas, quae Tacito trudes appellantur: quibus vado inhærens impellitur navis, aut iners aliam idem promovetur. Monetque lidosus casusmodi cont, ferro non armatam esse, sed tantum ex ipso ligno acuminatam.  
 211. Agmine remorum. ) Actu motuque remorum ordinatum, & per quandam successivam continuo: De ille voce, Georg. 1. 427.  
 212. Prora maria. ) Secunda, facilia, tunc ullo jam obaculo, cursu tam facili, ut non in plano aequore, sed in declivi loco pro-

nus

Consurgant nautae, & magno clamore morantur:  
 Ferrataeque sudes & acuta cuspidis contos  
 Expediunt, fractosque legunt in gurgite remos.  
 210 At lætus Mnestheus successeque acrior ipso,  
 Agmine remorum celeri, ventisque vocatis,  
 Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.  
 Qualis spelunca subito commota columba,  
 Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,  
 215 Ferrur in arva volans, plausumque exterrita pennis  
 Dat tecto ingentem: mox aere lapsa quieto  
 Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.  
 Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Prifis  
 Aequora, sic illam fert impetus ipse volantum.  
 220 Et primum in scopulo luctantem deserit alto  
 Sergestum, brevibusque vadis, frustraque vocantem  
 Auxilia, & fractis discentem currere remis.  
 Inde Gyan, ipsamque ingenti mole Chimæram  
 Consequitur: cedit, quoniam spoliat magistro est.  
 225 Solus jamque ipso superest in fine Cloanthus:  
 Quem petit, & summis adaux viribus urget.  
 Tum vero ingeminat clamor, cunctisque sequentem  
 Instigant studiis: resonatque fragoribus ather.  
 Hi proprium decus & partum indignantur honorem,

230 Ni

*Consurgant nautae, & magno cum clamore sistunt: & adhibent serratas trudes, ac portias acuminatae cuspidis: & colligunt e mari remos fractos. At Mnestheus gaudens & ardentior ex illo successe, veloci impulsu remorum, & invocatis ventis, secat undas faciles, & navigat patenti mari. Qualis columba, cui domus & nidi sunt in cavo laxo, repente excita & spelunca fugit in campos volans, & territa dat alas itum ingentem domui suae: mox clapsa in aere tranquillum, secat rivas tenuem, nec movet celeres alas. Sic Mnestheus, sic ipsa ejus Prifis fractis surgens extremum spatium assignati mari: sic ipse impetus procebit illam volantum. Et primo praeterit Sergestum, contententem adversus vapores aliam. Deinde consequitur Gyan, & ipsam ejus Chimæram vase magnitudinis: vincitur illa; quia orata est gubernatore. Et jam unus Cloanthus restat vincendum prope ipsum terminum: hunc Mnestheus sequitur, & premi contendens totis viribus. Tum vero ingeminat clamor, & omnes favore instigant insequentem, & aer sonat fragoribus. Illi indignantur, nisi conservent gloriam propriam, & honorem jam comparatum, & vel-*

NOTAE.

quis praeteras elenmita meta primis sinistro cursu rediret in portum, unde dextro cursu naves exierant. Idque manifestum est I. Quia haec tria proponit Aeneas certaturus pro cavernosa rupe sumitur per tapinodium, & dicitur v. 209. Gurgis pro mari, quemadmodum fur. II. Quia mox v. 243. navis Cloanthi metrum vidioriam obtinet, cum ad terram fugit, & portus se condidit alto. At in rupe, quae meta locofuit, portus, isque alius fuisse non potest; cum elier obiecta portui, & tantum statio gratissima mergis. Hic igitur jam & Mnestheus & Cloanthus metam praetergressi putandi sunt: Cloanthus quidem, quia metris finem aequorata reliquit, Mnestheus vero, quia supra secat ultima aequora. Cloanthus autem solus ipso superest in fine: id est, in extremo recurfu, rediens a meta ad portum: quo in exillimo praemium ei propositum fuisse, non rediit eum superat, aut saltem aequare qui duntaxat metam attingeret primis, sed Mnestheus contendit.

X x 2

228. Fra-



230 Ni teneant, vitamque voluit pro laude pacisci.  
 Hos successus alit: possunt, quia posse videntur.  
 Et fors aequatis cepissent praemia rostris,  
 Ni palmas ponto tendens utraque Cloanthus  
 Fudissetque preces, Divosque in vota vocasset:  
 235 Dii, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro,  
 Vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum  
 Constitutum ante aras voti reus, extaque fassos  
 Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.  
 Dixit, eumque imis sub fluctibus audiit omnis  
 240 Nereidum Phorciq[ue] chorus, Panopeaque virgo;  
 Et pater ipse manu magna Portunus euntem  
 Impulit: illa Noto citius volucrique sagitta  
 Ad terram fugit, & portu se condidit alto.  
 Tum satus Anchisa, cunctis ex more vocatis,  
 245 Victorem magna praecnis voce Cloanthum  
 Declarat, viridique advelat tempora lauro  
 Muneraque in naves, ternos optare juvenes,  
 Vinaque, & argenti magnum dat ferre talentum.  
 Ipsi praecipuos ductoribus addit honores:

¶ vellent pacto mutare vitam cum victoria. Hinc animantur successu: possunt vincere, quia videntur sibi posse. Et fortasse meruisse paria praemia, navibus ex aequo victoricis: nisi Cloanthus tendens ad mare ambas palmas manu, emisisset preces, & Deos invocasset per vota, O Dii, quibus est regnum maris, quorum decora spatia, ego vobis offeram, laetus in hoc litore vasto altaria caesidium taurum, voto obligatus, & porriciam viscera in fluctus fudam, & esundam vina pura. Dixit: & ex intimis fluctibus audiit cum omnis turba Nereidum, & Panopea, & virgo Panopea, & ipse pater Portunus magna manu impulit naveam curruentem: illa citius Noto & pennata sagitta currit ad terram, & immittit se in portum intimum. Tunc filium Anchisae, vocatis omnibus juxta consuetudinem, declarat magna voce praecnis Cloanthum victorem, & coronat ejus caput viridi lauro: datque ipsi eligendos tres juvenes, & vina, & magnum talentum argenti possidendum, quae erant munera pro navibus. Ipsi vero ductoribus tribuit singularia dona:

N O T A E.

228. Fragoribus. Ita ex manuscriptis cum N. Heinio emendamus. Olim clamoribus: sed parum exacte, cum superiori versu dixerit, Ingentem clamor.  
 237. Voti reus. Voto obligatus. Sic Ecl. 5. 80. Damnabis tu quoque vota: ubi haec verba explicuimus.  
 238. Porriciam in fluctus, &c. Porro & porriciam factam in fluctus. Verbum est in sacrificio solemne. Sic apud Livium l. 29. 27. Scipio e Sicilia in Africam navigaturus, oranda extitit, caelestis victima, ut mos est, in mari porrici: ubi quoque semum dedit profligendis. Libationis vero per exemplum habemus apud Thucyd. lib. 6. ubi Nicias, Lamachus, & Alcibiades, e Pireao Atheniensium portu solventes, aureis argenteisque pateris vinum in mare fudisse dicuntur.  
 240. Nereidum Phorciq[ue] chorus, &c. Phorcius sive Phorcys, marinum numen, Pontiac Terrae Nilus: filias habuit Gorgonas tres, Medusam, Euryalen, & Schenyo. Chorus ejus marinaealia numina. Nereides, Nymphae maris, Nerei & Doridis ejus sororis filiae. Panopea, Nereidum una, de qua Georg. l.

427. ubi de Portu quoque diximus, cui a N. Heinio emendamus. Olim navibus nomen est. Noto vento meridionali. Ecl. 2. 58.  
 245. Praecnis. Praeco, non iudex, quia apud Livium l. 33. 18. Romani ad spectaculum confederunt, & praeco voca, iudicem, ut mos est, in medium accerant praeco. Praeco igitur, qui voce, non capiti, populum, vel ad ludum, vel ad alia spectacula: ut enim, inquit Vossius, concio est populus, qui per praecorem concitatus, & convocatur; Ita praeco, qui praeco, & ante convenitum excitat populum ut veniat.  
 248. Talentum. Constat ex comparatione cum aliis premiis inditura, talentum, neque hic, neque v. 112. fumi posse pro talento appellatur: tot flexibus in se quasi recurrens, ut pro quibuscumque flexibus metaphorice sumatur. Meliboea, Thestiale urbs ad radices montis Ossae purpurei orienti pileatu ac tindura celebris. De purpura denotare ac diatropa, Georg. 2. 506.  
 252. Puer regius Ida. In chlamyde textus ac Ganymedes, Trois regis filius, de quo An. l. 13. De Ida Troadis monte, An. 2.

250 Victori chlamydem auratam, quam plurima circum  
 Purpura Maandro duplici Meliboea cucurrit,  
 Intextusque puer frondosa regius Ida  
 Veloces jaculo cervos cursuque fatigat;  
 255 Acer, anhelanti similis; quem praepes ab Ida  
 Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger unicus.  
 Longaevi palmas nequicquam ad sidera tendunt  
 Custodes, saevitque canum larratus in auras.  
 At, qui deinde locum tenuit virtute secundum,  
 Levibus huic hamis confertam auroque trilecem  
 260 Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse  
 Victor apud rapidum Simoenta sub Illo alto,  
 Donat habere viro, decus & tutamen in armis.  
 Vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.  
 Multiplicem, connixi humeris; indutus ad olim  
 265 Demoleus cursu palantes Troas agebat.  
 Tertia dona facit geminos ex aere lebetas,  
 Cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.  
 Jamque adeo donati omnes, opibusque superbi,  
 Punicis ibant evincti tempora taniis:  
 270 Cum saevo e scopulo multa vix arte revulsus,  
 Amisiss remis, atque ordine debilis uno,

Irri-

¶ Victori Cloantho chlamydem auro intextam, circa quam Meliboea purpura densa excurrebat gemino flexu, & regius puer Ganymedes in ea intextus, ardens similis anhelanti, persequitur cursu. Jaculo cervos ceteros in Ida silvosa, quem volans armiger Jovis pedibus unicus rapuit ab Ida in sublimem. Praepes senes custodes tendunt palmas ad astra. & larratus canum videtur fervere in aere. At postea huic Mnetheo, qui viribus obtinuit locum secundum, donat habendam loriam, compactam hamis & ornatum triplici licio auri, ut sit ipsi decus & prope altam in bello: Aeneas ipse victor hanc abstulerat Demoleo juxta rapidum Simoenta, & prope altam Trojam. Vix ministri Phegeus & Sagaris obnixi humeris portabant illam multiplici textu densam: Demoleus autem illa olim armatus agitabat fuga Trojanos viros. Tertia praemia dat Gyrae, duos lebetas ex aere, & pocula conflata argento atque scabra figuris. Jamque adeo omnes remunerati, & gloriantes opibus, incedebant coronati rubris vittis circa caput: cum Sergestus multo labore vix extraxisset e scopulo, remis amisiss, & spoliatum uno remorum ordine.

N O T A E.

¶ Ipsi verbis colligit Budaeus fuisse sex draconarum, hoc est, solidorum nostrorum Francorum, viduum unius & quinguaingenta. Moneris autem in toga Siculo talento, similis falem aliquo usus est.  
 251. Purpura Maandra, &c. De Chlamyde, supra, An. 4. 137. Fuit haec auro textu aurata: sed extrema in ora geminum habuit sinuosum flexuosumque limbum, plurima purpura, id est, densiore distinctum.  
 252. Puer regius Idae. In chlamyde textus ac Ganymedes, Trois regis filius, de quo An. l. 13. De Ida Troadis monte, An. 2.  
 260. Demoleo. Demoleus, Graecorum dux aliquis, ab Aenea occisus. Simois, fluvius Troadis, An. l. 104. Illo alto, Graeco more corripit vocalem longam ante allam absque vocalium elisione, ut Georg. l. 281. Imponere. Pello Ollam. De Illo, Troja, An. l. 5. De lebetibus dono Gyrae, An. 3. 466. De Cymbiis, vaseculis, An. 3. 66.  
 260. Punicis taniis. Vittis laneis, seu lemniscis & laeura corona pendebitis, quae corona lemniscata dicebatur. Taniis, vox distyllaba per contradiendum, ut passim auerit. De punicis, sive rubicundo & roseo colore, Ecl. s. 17.



- Irifam sine honore tatem Sergestus agebat.  
Qualis saepe viz depressus in aggere serpens,  
Ærea quem obliquum rota tranfuit, aut gravis idu  
275 Seminecem liquit saxo lacerumque viator:  
Nepuicquam longos fugiens dat corpore tortus,  
Parte ferox, ardensque oculis, & sibilis colla  
Ardus attollens; pars vulnere clauda retentat  
Nexantem nodos, seque in sua membra plicantem.  
280 Tali ramigio navis se tarda movebat:  
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.  
Sergestum Æneas promisso munere donat,  
Servatam ob navem lætus sociofque reductos.  
Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ,  
285 Cressa genus, Pholoe, geminique sub ubere nati.  
Hoc pius Æneas misso certamine tendit  
Gramineum in campum, quem collibus undique curvis  
Cingebant silvæ, mediæque in valle theatri  
Circus erat, quo se multis cum millibus heros  
290 Confessus medium tulit, extructoque resedit.  
Hic qui forte velint rapido contendere cursu,

Invi-

provehat navem irifam sine gloria. Qualis saepe interceptus in eminentia vis anguis, quem rota ærea obliquum trajecti, vel quem viator præterit feriens reliquit semimortuum & laceratum saxo: frustra fugiens movet corpore longos flexus: parte sui ferax, & micans oculis, & sibilans erigens colla sibilantia; pars debilis vulnere retardat eum torquentem nodos, & involventem se in sua membra. Navis tarda movebat se talibus remis: tamen velis utitur, & intrat portum velis tumentibus. Æneas gaudens propter navem & socios reductos, donat Sergestum promisso præmio. Datur illi serva, haud inscia artis Minervæ, Cressa secundum genus, nomine Pholoe, & lina filii ad ejus ubera. Pius Æneas, dimisso hoc ludo, procedit in campum vicentem: quem silvæ in collibus curvatis politæ claudabant undequaque & in ima valle erat circus theatri: quo heros intulit se medium inter multa millia, & composito in certu resedit. Illic invitat valore præmiorum animos, qui forte velint certare cursu.

&amp; sta-

## N O T Æ.

273. *Viz in aggere.* Agger, viz publica pars media, eminentior & lapidibus strata atque exaggerata, ut pluviam defluant.  
284. *Operum Minervæ.* Quæ cum artibus aliis, tum præcipue lanificio, ac texturæ præcise dicitur, Æ. 2. 31. *Cressa*, Cres, Cressa, e Creta, *Candia*. Æ. 3. 104.  
288. *Theatri circus erat.* &c. De *Theatri* forma, Georg. 2. 381. De *circu*, cuius aliquam similitudinem vallis hæc Sicula referebat, hæc accipere. I. *Circus* locus fuit a Tarquinio Prisco Romæ extructus, montes inter Aventini ad Palatinum, ludis celebrandis ad imitationem Olympicorum; sed præcipue decurionibus equestribus, quas jam Romulus in campo Martio ad Tybris ripam insituerat, & nuncupaverat *egyria*. Nomen inde habuit, quod *circularis* seu orbicularis esset figura, longior tamen quam latio, quippe longitudine pedes circiter bis mille, latitudine mille tantum complexus. II. *Carvæa*, fuit ambitus circi, ubi populi sedes, in *cuneis* distinæ, ut de theatro diximus. III. *Æreæ*, spatium fuit circi medium, in quo aurigæ decurrebant, comminutis albis lapidibus, aliquando etiam minio & chrysolocolla conditum. IV. *Euryalus*, fuit lacuna, altitu-

fita

- Invitat pretiis animos, & præmia ponit.  
Undique conveniunt Teucris, mistique Sicani:  
Nisus & Euryalus primi.  
295 Euryalus forma insignis, viridique juvenis;  
Nisus amore pio pueri; quos deinde sequutus  
Regius egregia Priami de stirpe Dioreus.  
Hunc Salius, simul & Patron: quorum alter Acarnan,  
Alter ab Arcadia Tegeæ sanguine gentis.  
300 Tum duo Trinacrii juvenes, Elymus Panopæque,  
Assueti silvis, comites senioris Acestæ.  
Multi præterea, quos fama obscura recondit.  
Æneas quibus in mediis sic deinde loquutus:  
Accipite hæc animis, lætæque advertite mentes.  
305 Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.  
Gnosia bina dabo levato lucida ferro  
Spicula, cælatamque argento ferre bipennem:  
Omnibus hic erit unus honos. Tres præmia primi  
Accipient, flavæque caput nudentur oliva.  
310 Primus equum phaleris insignem victor habeto.  
Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis  
Threiciis, lato quam circum amplectitur auro  
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.

Ter-

& statuit præmia. Undique congregantur Trojani, & Sicani cum iis mixti: primi Nisus & Euryalus. Euryalus insigni pulchritudine, & robusta juvenitute; Nisus, honesto amore pueri: quos deinde sequitur Dioreus regius juvenis et præclara stirpe Priami. Hunc sequuntur simul Salius & Patron: quorum alter est Acarnan, alter ex Arcadia, e sanguine Tegei populi. Postea duo juvenes Siciliæ, Elymus & Panopæ, assueti silvis, comites senioris Acestæ. Insper multi, quos fama obscura celat. Quos inter medios Æneas deinde ita loquutus est: Percipite hæc animo & huc applicate lætas mentes. Nullus ex hoc numero recedet non remuneratus a me. Dabo reportanda duo tela Gnosia rutilantia levigato ferro, & securim cælatam calato argento: quod præmium erit simile omnibus. Tres primi referent munera alia, & coronabuntur pallida olea circa caput. Primus victor habebit equum decoratum phaleris. Secundus pharetram Amazoniam, & repletam sagittis Thraciis; quam lato balteus ex auro circumdabit, & fibula nectit gemma tereti.

Ter-

## N O T Æ.

fita essent. Ad eas qui pervenerant, circuibant eas septies, in sinistram anterioremque partem delectentem: inde per sinistram circi latus redibant ad metas *Murciæ*, carceribus propriis, ubi e curru descendebant. De *faciõibus* aurigarum, & *missibus*, Georg. 3. 18.  
291. *Hic qui forte velint.* &c. ILLUDUS, pedesvis *curfus*. Imitatur Homerum Virgilius, qui liad. 23. 740. tres inducit curiores apud Patrocli tumulum, *Ajacem Oilei, Ulyssem, & Antilochum*: & Ajacem quidem Minervæ dolo fingit bovind in simo lapsum esse: id unum ex eo mutatum est Virgilius, reliqua longo intervallo superavit.  
292. *Pretiis... præmia.* Diversa sunt: præmia, munera ipsa; prætia, valor, dignitasque premiorum. De *Teucris*, Æn. 1. 239. De *Sicanis*, Æn. 3. 687. De *Niso* & *Euryalo*, Æn. 9. 176. De *Priami*, Æn. 3. 476.  
298. *Acarnan.* Salius, ex Acarnania, Epiri parte, de qua Æn. 3. 292.  
299. *Arcadia, Tegeæ, &c.* Patron, Tegeæ, vel Tegeatas, ex Tegea, urbe Arcadiæ, novem pagis constans juxta Strab. l. 8. De *Ar-*

cadia, Ecl. 4. 38. De *Trinacria*, Sicilia, Æn. 3. 687. De *Elymo*, supra v. 72. De *Acestæ*, v. 36. 306. *Gnosia, &c.* Gnosia urbe Creta insula, sive *Candia*, Æn. 3. 104. unde *spicula* laudatissima; *spiculum* autem, non sagitta, fed missile telum fuit, pedum quinque, triangulo ferreo: *pilum* alter dicitur. De *bipenni*, securi utrimque acuta, Georg. 4. 321.  
309. *Flava oliva.* Arbore dicata Minervæ, Georg. 1. 14. *Læva*: quia folii pars posterior subpallida, & coloris veluti porracei est: ea coronabantur victores Olympici ludis, Georg. 3. 20.  
310. *Phaleris.* Phaleris, equorum ornamenta, præsertim in capite, ut *stemma*, quod est a *stis*, lupo: Ital. *lavadura*, Æn. 7. 278.  
311. *Amazoniam pharetram, &c.* Qualem ferebant *Amazones*, quas in Thracia proprie dicta aliqui veterum collocabant. De vera earum sede dicemus, Æn. 11. 659. De *Amazonum* nomine, Æn. 1. 494. De *Thracis*, Æn. 3. 14.  
313. *Tereti.* Quæ rotunda, & in longum porrecta est.

314. Ar-